

folio

xxiii

Non claudetur de corago: nisi aliquis  
voluntarie se imergat. Sed cum nemini  
persuadere possent. Dixit marcus aure-  
lius Si panni in roma pro libito meo  
me vivere finitis: anno elapso gauden-  
ter et voluntarie me imergam. Romani  
hoc audientes gausi sunt concorditer co-  
senserunt nihil sibi clauserunt. Qui rebo-  
et prozibus libere utens anno elapso cum  
nobili equo saltu precipiti se imergit et  
statim terra se clausit.

Carissimi Applicatio

**R**oma mun-

dom istum signat. In cuius  
medio est infernus in centro qui erat a-  
peritus ante xpi natiuitate et in finis ho-  
mines in eo ceciderunt. Unde a dijs. i.  
pphetis recepimus respolum quod nunquam  
clauderetur: donec virgo pareret filium  
qui pro genere humano contra dyabo-  
lum pugnaret et anima eius cum diui-  
nitate ad infernum descenderet. Unde  
scire debetis quod nunquam de cetero aperitus  
erit nisi aliquis voluerit pro peccatis mor-  
tale aperire.

**T**iberius regna-  
uit: quod  
ante assumptum imperium  
erat prudens ingenio. clarus  
eloquio. fortunatus in bello sed post reso-  
lutus militie artibus: nulla bella gerens  
populum romanum grauius afflixit fi-  
lios proprios pluresque patricos et co-  
sulos interfecit temperantiam abiecit qua  
antea Tyberius temperatus erat nunc ve-  
ro ea abiecta liber vocatur. Hinc quidam  
artifer vitrum ductile se posse fabricare  
obtulit. quod Tyberius ad parietem proieci-  
tens non fractum sustulit sed curuatum  
et artifer malleum proferens et velut cu-  
pum vitrum fabricans mox correxit.  
Interrogante autem tyberio ab eo quod  
hoc posset efficere: ille dixit neminem hanc

artem scire super terram. Quem Ty-  
berius mox decoliari iussit dicens. Si  
hec ars venerit in consuetudinem pro nihi-  
lo aurum et argentum reputabitur.

Carissimi Moralizatio  
**T**iberius

signat aliquos claustrales  
sive ceteros qui antequam ad dignitatem  
sunt promoti vel diuitias: satis humi-  
les et patientes sunt sed cum promouentur  
totum oppositum operantur. et ideo di-  
citur communiter Honores mutant mo-  
res et psalmista. Homo cum in honore  
esset non intellexit etc. Artifer qui vas  
obtulit: potest dici pauper qui diuiti mu-  
nera offert: sed si ei non placent proij-  
cit nec vult recipere sed magis contra eum  
accenditur et spoliatur immo ad mortem  
vsque sepius punit

Et solum boni intrabunt regnum ce-  
lorum

Ca. xlv  
**A**rat quidam

rex nobilissimus sapiens at-  
que diues qui uxorem habu-  
it predilectam: que debite dilectionis  
finem tres filios iuxta regem genuit  
qui semper erant regi rebelles et in nullo  
ei similes. Deinde de regis semine quar-  
tum filium concepit et peperit ac nutri-  
uit. Accidit autem ut finito dierum suorum cir-  
culo rex moreretur corpusque suum rega-  
le in sarcophago clauderetur post cuius  
mortem quatuor supradicti pro domi-  
nio regni inceperunt contendere. Tam-  
dem inter se concordabant ut ad quandam  
militem veterem regis mortui quondam  
secretarium specialem accederent et in iudi-  
cio suo simpliciter se ponerent. Et sic fac-  
tum est. Miles autem cum eos patienter  
audisset dixit. Audite consilium meum  
et eo factum bene erit. Expedi vobis ut cor-  
pus defuncti regis de sarcophago extra-